



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Mirabilis visio ducis Palestinæ, qua & ipse coactus fuit prædictæ hæresi
abrenunciare, & Christi Ecclesiæ communicare. Capvt. XLIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

corpus, & pretiosum sanguinem magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Atque ita absq; vlla prohibitione digna habita est adorare sanctum, & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi.

1. Vides quod sancta illa Ecclesia habebat ornamenta, qua castro diebantur? & noui heretici ea vtiliter pendunt.
2. Ecce etiam apud antiquos in vtu fuisse peregrinationes ad loca sancta, illorumq; adorationes.
3. Magnum miraculum, vt notum fiat omnibus, quomodo hereses fugere debeamus.
4. Vides hereticum esse extra sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam Christi Domini & Dei nostri.
5. Ecce quomodo in sacratissima Eucharistia est verum corpus, & sanguis Dei & Saluatoris nostri Domini Iesu Christi.
6. Licet haec communicauerit sub vtraq; specie, non inducit nobis idem faciendi necessitatem, quia tunc temporis talis mos erat ibi.

Mirabilis visio Ducis Palaestinae, quae & ipse coactus fuit praedicta haeresi abrenunciare, & Christi Ecclesiae communicare.

CAPVT XLIX.

Narrauit autem nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palaestinae Dux aliquando, venerit adorare sanctam Christum Domini nostri resurrectionem. Et cum coepisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu super se venientem cornibusq; illum impetentem. Ille vero pauore correptus, retro redibat. Custos vero sanctae crucis Azarias, & ceteri, qui abstantebant, eius timore permoti dicunt ei: Quid est, quid habes domine? Cur non ingrederis? Dicit eis. Vt qui intulit arietem istum? Qui super facti

facti inspexerunt sanctum monumentū, nihilq;
videntes, aiunt ad illum: Ingredere, nihil tale in-
tus est. Rursum ille ingredi ccepit, sed iterum al-
pexit arietem contra se venientem, & se introi-
re prohibentem. Istud cū sepe factum esset, illeq;
cæteris nihil videntibus, solus arietem cerneret,
ait illi Crucis custos. Crede mihi, domine, aq;
habes in anima tua, quod te prohibet ³ adorare
sanctum, ac venerabile, & viuificum monumē-
tum Saluatoris nostri. Itaq; moneo, vt onfirera
Domino peccata tua. Clemens enim, & misericor-
dissimus cū sit, & tui misereri volens, humilimo
di tibi miraculum ostendit, ille autem cum lac-
hrymis dixit ei: Verè multis, magnisq; scelerib;
obnoxius sum. Et se ipsum in faciem prosternens,
per multas horas permanfit stens, & confitens Do-
mino. Surrexit, deinde & rursus ingredi voluit,
sed iterum ab ariete permissus non est: Tunc ait
illi sanctæ Crucis custos. Verè aliud est, quod te
ingredi vetat. Dixit autem ille: Nū fortasse ideo,
quia non ⁴ sanctæ Catholice Ecclesiæ, sed Scis-
tici communico, introire prohibeor: Tunc petiit
à custode, vt ⁵ sancta & viuifica Christi Dei no-
stri mysteria sibi afferrentur. Et allato sancto ca-
lice cōmunicauit. Atq; ita ingressus est, & adora-
uit, nil vltra impedimenti passus, nihilq; vltius
cernens, quod se deterreret.

1. Et hic peregrinationem ad sanctum Domini sepulchrum
2. assumpsit. 2. Vide simile miraculum superiori, & ad
eundem effectum.

3. Nota adorare sanctum, ac venerabile, & viuificum
4. monumentum saluatoris nostri. 4. Ecce hereticum non
communicare sanctæ Catholice Ecclesiæ.

5. Aduerte sacram Eucharistiam appellari sancta, &
viuifica Christi Dei nostri mysteria.